Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



LIBER S. MARIE. GOTTEWICH.

carnem assumpsisti. propterea factus es quod ego sum. O admiranda res. Sursum tremor. et deorsum aduenit. Miserere mei. Non opus habeo mediatore. miserere mei. Quid opus habes. Misericordiam inquit quero. Quid patiris. Filia inquit mea male ad demonio uexatur. Ingressa ea aduocatrix filie. non affert infirmante puellam. sed defert fidem deuota. Hec intra semetipsam conferens et dicens. Ds ea adquem uado. absentia uidet. occulta inspicit. omnia nouit. Miserere mei. filia mea male ad demonio uexatur. Fletus pessimus et stimulis nature uiscera mea disrumpit. Quid faciam misera. Vide prudentiam. Non dixit miserere filie mee. sed miserere mei. Illa enim insensibili passione tenetur. nesciens quid habet. insentit dolorem. velatum cor habet. nequissimo spu obducente. Miserere mei. spectatrix sum diurnorum malorum. cotidie cruciatus meos uideo. Vbi uadam. quo pergam. Inheremus ire non audeo. nec illam solam relinquere in domo sedere non possum. quia intrinsecus et in medio fluctuum in portu sunt. in tranquillitate tempestas est. et quo nomine eam uocabo inuenire non possum. Mortuam dicam sed mortuam uiuam appellem. sed nescit quid faciat. Inuenire non possum quo eam appellem nomine. Miserere mei. Si mea esset filia mea non talia pateretur. tradidissem utique corpus in sinum terre. et tempore euoluto obliuione malorum haberem. et dolor conquiescere. Hunc autem mortuum habeo pertinacem. corpus sine sensu uiuum. spectaculum lamentabile. interescentia pmomenta uulnera passionum. multiplicata doloribus. cerno enim oculos eius transuersos. aspectu sanguineum. manus intortas. crinem dissolutum. contortum collum. ora spumantia. mimicum incendente et non apparente.

Göttweiger Hände von 1140–1160.

BENEDIKTINER BIBLIOT. GÖTTWEIG

107 (roA), 51 (schwarz)